



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

410. Item alia excommunicationis allocutio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

quum non pro Christiano, sed pro pagano, habendus sit, & qui illi quasi Christiano communicaverit, aut cum eo manducaverit aut biberit, aut eum osculatus fuerit, vel cum eo colloquium familiare habuerit, nisi fortè ad satisfactionem & pœnitentiam eum provocare studuerit, aut in domo sua eum receperit, aut simul cum eo oraverit, proculdubio similiter sit excommunicatus. Deinde epistolæ Presbyteris per parrœchiam mittantur, continentes modum excommunicationis, in quibus jubetur ut dominicis diebus post lectionem evangelij plebibus sibi commissis publicè adnuntient ipsam excommunicationem, ut ne quis per ignorantiam communicet excommunicato. Oportet etiam ut aliis Episcopis ipsa excommunicatio manifestetur. Præcipit enim

Concil. Tolet.

1. c. 11.

Vide supra  
cap. 289. hujus libri.

Toletanum Concilium ut invicem mox scripta percurret per omnes provinciæ Episcopos, quoscunque adire potuerint, ut excommunicatus audiatur. Seniori etiam ejus ipsa excommunicatio debet nota fieri.

ITEM ALIA EXCOMMUNICATIONIS  
ALLOUTIO.

Burchard. lib.

11. c. 4. & 2.

pud Centuriatores ibid.

CCCCX. Audistis, dilectissimi, quanta & quàm horrenda pravitatis ac iniquitatis opera ille à diabolo instigatus perpetrare non timuerit, & quomodo per apostasiam a totius Christianæ religionis cultu profana mente recesserit. Audistis quemadmodum canonicè ad satisfaciendum evocatus sit, sed venire distulerit, quomodo frequenter admonitus ut resipisceret à laqueis diaboli, quibus tenetur ad-